Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



iuginti dieb⁹ & uno. cernit hanc uisionē.
& audit ab angelo quod ex die primo q̄
orare ceperit. & affligere se in cōspectu dn̄i
exaudita sint uerba eius. Queritur si
statim exauditus est. cur n̄ statim ad eum
missus sit angelus. Data est ei p̄ moram
occasio. amplius dn̄m deprecandi. ut ex eo
quod plus desiderat. p̄ laborem plus audire
mereatur. Quod aut̄ ait. & ego ingressus
sum ad uerba tua. hunc habet sensum.
Post quā tu cepisti bonis operib⁹. & lacrimis.
atq; ieiunio dei inuocare misc̄diam. & ego
accepi occasionē. ut ingrederer in cōspectu
dei. & orarem p̄ te. Princeps aut̄ regni p̄sarū
restitit mihi iuginti & uno dieb⁹. Videtur
m̄ hic esse angelus cui persis credita est.
iuxta illud quod in deutero nomio legimus.
Quando diuidebat altissimus gentes. &
disseminabat filios adam. statuit terminos
gentiū. iuxta numerū angelorum dei.
Isti sunt principes de quib⁹ & paulus apl̄s
loquitur. Sapientiā loquimur in p̄fectos.